**Is cui restituta est hereditas ex tacito fideicommissio: cum esset incapax, se detulit in fiscum. dicitur hic quod debet habere dimidiam dodrantis illius hereditatis pro præmio, quia se detulit.**

**XLIX. IDEM libro singulari de tacitis fideicommissis.**

**C** Vm tacitum fideicommissum **b** is cui datum **i** erat, capere se nihil posse detulisset: in quæstionem venit, dodrantis, an totius assis partẽ dimidiam **k** ex beneficio diui Traiani recipere debeat. de qua re extat rescriptũ imperatoris Antonini in hæc verba: Imperator Antoninus Iulio Rufo: Qui tacitã fidem accommodauit, vt non capienti restitueret hereditatem: si deducta parte quarta restituit, nihil retinere debet. quadrans autem qui heredi imponitur ipsius, eripiatur, **†** & ad fiscum transferatur. **†** Vnde **m** dodrantis semissem **n** solum capit qui se detulit. **o**

**Fructus percepti inter primam & secundam citationem, pertinent ad venditorem: extantes autem ad emptorem, vel pensio locationis fundi venditi.**

colebantur per colonum qui nummis colat, cui locauerat fiscus, nam tunc fructus coloni sunt: & hoc fauore fisci. pensionem tamen debet emptori. si autem fiscus faceret ea prædia coli per suos rusticos, fructus essent emptoris. [TRYPHONINO.] Dic casum vt in glos. quã incipit, iudicio meo, &c. Franc. Accursius.

**L. IDEM libro tertio Decretorum.**

**V**alerius Patroinus procurator imperatoris Flauio Stalticio prædia certo pretio addixerat. **p** deinde facta licitatione idẽ Stalticius recepta ea licitatione **q** obtinuerat, **r** & in vacuã possessionem inductus erat. **s** de fructibus medio tempore perceptis quærebatur. Patroinus fisci esse volebat. Planẽ **t** si medio tempore inter primam licitationem **u** & sequentem adiectionem **x** percepti fuissent, ad venditorem **x** pertinere: sicut solet dici cum in diẽ adiectione facta est, deinde melior conditio allata est. **y** nec moueri deberemus, quod idem fuisset, cui & primo adiecta fuerant prædia. Sed cum vtraque adiectione intra tempus **z** vindemiarũ facta fuisset, recessum est ab hoc tractatu. **a** itaque placebat fructus emptoris esse. Papinianus **b** & Messius nouam sententiam **c** induxerunt: quia **d** sub colono erant prædia, iniquum esse fructus ei **e** auferri vniuersos: sed colonum quidem percipere eos debere: emptorem verò pensionem eius **f** anni accipiturum: ne **g** fiscus colono teneatur, quod ei frui nõ licuisset, atque si hoc ipsum in emendo conuenisset. **h** pronuntiauit tamen secundum illorũ opinionẽ, **i** quod quidẽ à domino colerentur, vniuersos fructus **k** habere: si verò sub colono, pensionem accipere.

**Inspicitur dies quo pensio debet præstari: non dies quo fructus percipiuntur. Barto.**

tem & Messius nouã sententiam inducunt, quando non per dominum, sed per colonũ cui fiscus locauerat, hæc prædia excoluntur: & hoc propter fisci priuilegium, quasi tacitum de recipiendo colono pactum inter emptorem & venditorem interuenierit.

**c** Sententiam. cum enim sub colono est prædium locatum: licet venditũ à domino, nõ debet eum emptor expellere de æquitate: sed pensionem ab eo accipere fauore fisci: ne colono teneatur. sic. C. de vend. re. fi. l. j. s. fin. lib. x. & ff. de bo. authen. iu. pos. l. in venditione. s. j. & in decre. Alex. c. querimoniam. de iur. pat.

**d** Quia. hanc scilicet, quia, &c.

**e** Et. colono. & applicatur emptori.

**f** Eius. tantum. si ergo colonus esset partiarus: partem tantum acciperet emptor vt verus dominus.

**g** Ne. & hoc ideo, ne, &c.

**h** Conuenisset. vt colonus staret vsq; ad tẽpus cõductionis finitũ.

**i** Secundum illorum opinionem. scilicet Papi. & Messij: licet noua, & contra ius commune: vt supra loca. l. si merces. s. j. & C. loca. l. emptorem. sed hoc propter priuilegium fisci, ne teneatur colono: vt hic dicit. sic supra eo. l. eum qui.

**k** Vniuersos fructus habere. scilicet emptorem, cum licitatio per emptorem primum nõ est adiecta, vel si facta est antequam fructus percipiuntur, res est secundo adiecta licitatione ab emptore admissa. alioquin licitatione facta fructus medio tempore percepti ad venditoris spectant compendium.

**P** Addixerat. id est sub additione in diem vẽdiderat.

**Q** Licitatione. ab alio. Accursius.

**r** Obtinuerat. nam emptori primo licuit addicere: vt supra de in diem adiectione. l. itẽ quod. s. fi. & l. necesse. **t** Inductus erat. vel tũc quãdo primo emit, vel tunc cum secundo obtinuit in licitando.

**u** Planẽ. id est certe. & incipit determinare.

**x** Licitationem. id est emptionem. Accur.

**x** Ad venditorem. nisi prædia erant sub colono: vt in fin. huius. l. **y** Allata est. cum enim vẽdo tibi fundum sub addic. in diem, & alius interim meliorem conditionem attulerit: fructus interim percepti ad me venditorem pertinent. Idem etiam si tu ipse meliorem cõdi. ab alio oblatam præstiteris: vt. s. de in diem adic. l. item quod dictũ. & l. licet. & l. seq.

**z** Intra tempus. id est citra: & sic medio tempore non est perceptus fructus: ergo pendentes fructus cedunt emptori vt supra de actio. emp. Iul. s. si fructibus. **a** Ab hoc tractatu. id est ab hac sententia quæ est vt fructus venditori cedant.

**b** Papinianus. debetur fructus emptori nulla licitatione facta. idem si vtraque adiectione intra tempus vindemiarum processit. Papi. autem

**c** Sententiam. cum enim sub colono est prædium locatum: licet venditũ à domino, nõ debet eum emptor expellere de æquitate: sed pensionem ab eo accipere fauore fisci: ne colono teneatur. sic. C. de vend. re. fi. l. j. s. fin. lib. x. & ff. de bo. authen. iu. pos. l. in venditione. s. j. & in decre. Alex. c. querimoniam. de iur. pat.

**d** Quia. hanc scilicet, quia, &c.

**e** Et. colono. & applicatur emptori.

**f** Eius. tantum. si ergo colonus esset partiarus: partem tantum acciperet emptor vt verus dominus.

**g** Ne. & hoc ideo, ne, &c.

**h** Conuenisset. vt colonus staret vsq; ad tẽpus cõductionis finitũ.

**i** Secundum illorum opinionem. scilicet Papi. & Messij: licet noua, & contra ius commune: vt supra loca. l. si merces. s. j. & C. loca. l. emptorem. sed hoc propter priuilegium fisci, ne teneatur colono: vt hic dicit. sic supra eo. l. eum qui.

**k** Vniuersos fructus habere. scilicet emptorem, cum licitatio per emptorem primum nõ est adiecta, vel si facta est antequam fructus percipiuntur, res est secundo adiecta licitatione ab emptore admissa. alioquin licitatione facta fructus medio tempore percepti ad venditoris spectant compendium.

*Suggerente.*

† Hinc etepitium vocatur. Vlpia in fragmen. tit. 19.

\* Potest quoque hic legi, adiectione. Anto Aug. lib. 2. ca. j.

a *Suggerente, id est consulente.*

b *De fructibus aridis.* Iudicio meo de aridis fructibus erat maior quaestio. fuerant enim percepti ante tempora additionis: & propterea videbantur ad venditorem pertinere, ad instar venditionis factae sub additione in die. Sed respon. qd non tempus perceptionis, sed soluēde pensio- nis dies spectatur. sicut ergo fructus qui post additionem percipiuntur, ad emptorem pertinent: ita & pensio, cum dies post additionem venit: licet fructus propter quos debet solui pensio, ante percepti sunt: quos emptor percipere dicitur, dū eorū nomine pensioem percipit. Sed ar. cōtra. s. de usufr. l. defuncta. Quod autē in aridis dicitur, & in liquidis per omnia dicas: vt patet ex praedictis. **ADDITIO.** Dic secundū Bar. qd aliud in usufructuario, vt ibi, qui non restituit fundū de voluntate sua: aliud in emptore & venditore, vt hic.

\* percepti.

† Deest in Indic. tit.

\* postliminio reuersis

Tryphonino suggerente a quid putaret de aridis fructibus b qui antē praecepti \* in praediis fuissent: c respondit, si nondū dies pensionis venisset, cū addicta d sunt, eos quoq; e emptorē accepturū.

**DE CAPTIVIS, ET DE POSTLIMINIO, \* & redemptis ab hostibus.**

**TITVLVS XV.**

I. MARCELLVS libro vicesimo secundo Digestorum.

**Q**uod seruus eius qui ab hostibus captus est, postea stipulatus est, aut si legatum sit seruo ei postea quam ille ad hostes peruenit, hoc habebunt heredes eius: quia & si captiuitatis tempore decessisset, h adquirent foret heredi.

II. IDEM libro trigensimo nono Digestorum.

**N**auibus i longis atq; onerariis propter belli usum postliminiū k est: nō piscatoriis, aut si quas actuaris l voluptatis causa parauerūt. Equus itē aut equa freni patiens recipitur postliminio. nā sine culpa equitis proripere se poterūt. Non idē in armis iuris est: quippe nec sine flagitio amittuntur. Arma enim postliminio reuerti negatur, quod m turpiter n amittantur:

III. POMPONIVS libro trigensimo septimo ad Q. Mucium.

**I**tem vestis. o

quia cedit & venit dies contracta iam emptione. si vero ante venissent. essent venditoris. aliud in praedio dotali locato: vt. s. sol. ma. l. diuortio. Accur.

**DE CAPTIVIS, ET DE POSTLIMINIO [reuerfis,] & redemptis ab hostibus.**

*Ad fiscalem siue publicam causam hic etiam titulus spectat. nam captiuorum bona in fiscum coguntur. l. 31. s. titu. prox. qua scilicet morientes ibi habuerunt. nam qua apud suos habuerunt, lege Cornelia heredibus cedunt. Et ius belli militiaeque maxime ad statum imperij & Reipub. pertinet. Ius autem belli hoc est vt capti bello fiant serui hostium. unde captiuos definitio, belli iure seruos. Et vt captiui ab hostibus reuersi ad suos postliminio libertatem & iura sua omnia recipiant. Postliminium est pristini status, in quo quis fuit ante captiuitatem, recuperatio integra perinde ac si medio tempore in hostium potestate non fuisset. Id vero habent regressi ad suos, vt dixi, non tamē redempti antequam pretium redemptionis exsoluerint. interim enim redemptori pignoris iure tenentur, quod pignus naturale dicitur. l. 2. C. de postlimi. & redemp. ab host. vel si serui sint, serui sunt redemptoris quoad ei soluatur pretium quod hostibus intulit pro eis. Cui.*

**Q**uod seruus. ] CASVS. Seruus captus ab hostibus, aliqua adquirit interim ex causa stipulationis, vel ex causa legati. Dicitur quod licet decedat ibi dominus: tamē hęc adquisita vadunt ad heredes defuncti. Fran.

f Peruenit. viuunt tamen adhuc naturaliter. Accur.

g Heredes. eo postea ibi moriente. Accur.

h Decessisset. ante stipu. vel legatum. & est bona ratio: quia prima hora captiuitatis videtur decessisse: vt. j. eo. l. pater. in fi. j. respon. & facit ad hanc. l. 3. de stipu. ser. l. si seruus communis. ij. §. seruus capto. & j. l. in bello. §. j. & l. bona. in prin. Accur.

**N**auibus. ] CASVS. Nauis longa & deputata propter belli usum, si capiatur ab hostibus, fit hostium. si tamen recuperatur, primo domino redditur. secus in nauis piscatoria, vel in sca-

pha. Idem quod in nauis magna, est in equo vel equa dum tamen sint domi: secus in armis: quae si capiuntur ab hostibus, deinde recuperentur, non redduntur primo domino. Idem in veste quod in armis. & h. d. hęc. l. cum seq. Fran.

i *Nauibus.* Not. quod in agris aliud est quàm in rebus mobilibus. mobilia enim sunt hostium, & postliminium habent. at agri non fiunt alicuius specialiter: quia nec dicuntur occupari, sed inuadit: & quia potius vniuersi dicuntur inuadere vel vniuersitas, quàm aliquis. & ideo dicendum est quod sunt vniuersitatis hostium. Azo. Sed certe & mobilia dicuntur recipi iure postliminij: vt. j. eo. l. si captiuus. §. j.

IIII. MODESTINVS libro tertio Regularum.

**E**os qui ab hostibus capiuntur, vel hostibus deduntur, iure postliminij reuerti antiquitus placuit. An qui hostibus deditus, reuersus, nec à nobis receptus, cuius Romanus sit: inter Brutum & Scæuolam variè tractatum est. Et consequens est vt ciuitatem non adipiscatur. c

v. POMPONIVS libro trigensimo septimo ad Q. Mucium.

**P**ostliminij ius competit aut in bello, aut in pace. c In bello, cum hi qui nobis hostes sunt, aliquem ex nostris ceperunt, u & intra praesidia sua perduxerunt. Nam si eodē bello is reuersus fuerit, postliminium habet, id est perinde omnia restituntur ei iura, ac si captus ab hostibus non esset. Antequā in praesidia perducatur hostium, manet cuius. Tūc autem reuersus intellegitur, si aut ad amicos nostros perueniat, aut intra praesidia y nostra esse cepit. z In pace a quoque postliminiū datū est. Nam si cum gente b aliqua neque amicitia, neque hospitium, c neque foedus amicitie causa factū habemus: hi d hostes quidem nō sunt. e quod autem ex nostro ad eos peruenit, illorū fit. & liber homo noster ab eis captus, seruus fit, & eorum. Idēmq; est si ab illis ad nos aliquid perueniat. hoc quo-

bus. mobilia enim sunt hostium, & postliminium habent. at agri non fiunt alicuius specialiter: quia nec dicuntur occupari, sed inuadit: & quia potius vniuersi dicuntur inuadere vel vniuersitas, quàm aliquis. & ideo dicendum est quod sunt vniuersitatis hostium. Azo. Sed certe & mobilia dicuntur recipi iure postliminij: vt. j. eo. l. si captiuus. §. j.

\* nec ab his receptus. vi. de l. vii. j. de legation.

k *Postliminium.* i. primo domino restituntur: vt. j. eod. postliminiū est. in prin. & instit. quib. mo. ius pa. po. sol. §. si ab hostibus.

l *Actuaris.* i. agiles ad agendum, id est ducendum: vt sunt scaphæ.

m *Quod.* id est quia.

n *Turpiter.* ad quod. j. de re milit. l. iij. §. miles. qui in bello. Accur.

o *Item vestis.* s. denegatur habere postliminiū: quia turpiter & c.

**E**os qui. ] CASVS. Captū ab hostibus, vel deductum ab hostibus arte, non bello, postliminio reuerti antiquitus placuit. Item transfuga ad nos reuersus, non à nobis receptus, ciuitatem non recuperat. Fran. Acc.

Bud. hic. Gel. lib. j. c. 13.

p *Deducuntur.* arte, non etiam bello. Accur.

q *Hostibus deditus.* vt

eorū esset seruus, forte quia legatū hostiū pulsasset: vt. j. de legatio. l. si. §. pe. Vel pone in transfuga: vt. s. qui. ex cau. ma. l. itē ei. Ac. r *Reuersus.* cōtra voluntatem hostiū qui receperūt eum, alioquin contra: vt. j. de legationibus. l. si. in fi.

f *Non adipiscatur.* sed libertatē sic, secundum P. de æquitate. Sed contra eum. s. de adqui. re. do. l. transfuga. Accur.

**P**ostliminij. ] CASVS. Ius postliminij quandoque in bello, quandoque in pace competit. & dat exemplum de vnoquoque. [CAPTIVVS.] Cepimus hostem, puta Cremonensem: deinde manumissimus eum: & reuersus est ad suos. ita demum habet postliminium, si non habet animum reuertendi. & adiungit exemplum de Marco Regulo capto à Carthaginensibus, qui est reuersus Romam. & iurauerat se reuerti Carthaginem. nam non dicitur habere postliminium, nisi habeat animum Romæ standi. Item & aliud exemplum de Menandro adiungit. Fran.

t *In pace.* non in bello.

u *Ceperunt.* in bello.

x *Et.* vel alij. Accur.

y *Aut intra praesidia.* prae mitte, si. Accur.

z *Cepit.* facit ad hoc instit. qui. mo. ius pa. po. solui. §. si ab hostibus. & de re. diui. §. item ea quæ.

a *In pace.* id est non in bello. Accur.

b *Cum gente.* non subdita nobis.

c *Hospitium.* a quia nec ipsi apud nos, nec nos apud eos hospitumur: solūmq; differunt ab hostibus, quia non est indictū bellū: sed ramen guerrā habemus. & sic patet quod à latrunculis differunt, qui nō habēt inimicitias patētes, & ideo nō est postliminiū: vt. j. eo. l. hostes. & l. postliminium. §. ij. quæ videtur contra.

d *Hi.* nec tamen est indictum bellum.

e *Non sunt.* vt. j. eo. l. hostes. Accur.

a] *Quid sit hospitium hoc loco. pulchre. Bud in annotatione. hic.*

**a** Captiuus. liber, non seruus alicuius de hostibus: vt. j. cod. l. in bello. §. certe apud hostes &c.

**b** Manumissus. & per consequens dimissus. & sic expone. j. c. in fi. l.

**c** Regulo. qui fuerat Romanus, & captus à Carthaginensibus.

**d** Non habuerat. alioquin contra: vt. j. eo. l. nihil.

**e** Remanendi. nõ ita i seruo, secundũ Io. vt probatur. j. eo. l. in bello. §. manumittendo.

**f** Missus est. forte vt esset eorũ seruus: quia legatũ hostiũ pulasser: vt j. de legatio. l. fi. vel dic id est remissus libere.

**g** De illo. Menandro interprete. Accur.

**h** Desineret. quia domiciliũ sola constituitur & mutatur voluntate: vt. j. ad municipi. l. placet. & l. seq. sed aliud in origine. vt in eo. ti. l. assumptio. & in eo nõ est lex superuacua. Azo. & facit. j. ad municipi. l. eius qui. §. pen. & fin. Accur.

**M**ulier. ] CASVS. Berta dãnata est in opus salinarum propter delictum quod commiserat: deinde capta est à latrunculis, & vendita est Cocceio. Dicitur quod reuertere debet in antiquam pœnam, & pretium eius dabit fisco Cocceio. Frãciscus Accursius.

**i** Data. si perpetuo, perdit libertatem: si ad tẽpus, ciuitatem tãtum: vt. s. de pœ. aut damnũ. §. in ministerium. Acc.

**k** In causam suam. id est in pœnam: vt infra eo. l. in bello. §. si deportatũ. Alij dicũt, redit improprie.

**l** Recidit. aliàs redit: aliàs incidit.

**m** Cocceio. redemptori. **n** Ex fisco. id est à fisco.

**o** Reddendum est. quia negotium fisci vtiliter gessit.

**N**on dubito. CASVS. Fœderati homines; id est qui nobiscũ fecerũt treugas, vt Mutinenses: item alij liberi homines, vt Florentini, & similes: nobis sunt extranei, & non habet locum postliminiũ inter nos & eos: cum & ipsi hũc venientes retineant libertatem, & dominium rerũ suarũ, ac si in suis ciuitatibus essent: & idẽ nobis eueniat. Postea dicit quod liber populus dicitur, qui non est subiectus potestati alterius populi: siue est fœderatus cum alio populo, siue non: & si fœderatus cum alio populo, siue æquali fœdere, siue non: vt Mutis. populus nobiscum. & sicut clientes nostri sunt liberi: sic & hi qui maiestatem principis comiter conseruant, vt Bononienses & mutinenses. liberi dicũtur. & qui sint clientes, expone vt in glo. Si autem aliquis de ciuitatibus fœderatis nobiscum delinquat: puniam eum. Fran. Accur.

**p** Fœderati. id est cum quibus fecimus treugas: vt. j. eo. l. postliminium. §. induciã.

**q** Et liberi. scilicet alij homines qui nõ habent nobiscum treugas, vel habet: vt. j. §. liber.

**r** Fœderatus. siue non fœderatus est. aliàs non haberetur in text. hæc particula, sed intelligitur.

**s** Aequẽ. id est æquali hinc inde obseruatione ob treugas cũ-

que igitur casu postliminium datum est. Captiuus autem si à nobis manumissus fuerit, & peruenit ad suos: ita demum postliminio reuersus intellegitur, si malit eos sequi, quàm in nostra ciuitate manere. Et ideo in Atilio Regulo, quem Carthaginenses Romam miserunt, responsum est non esse eum postliminio reuersum: quia iurauerat Carthaginẽ reuersurum, & non habuerat animum Romæ remanendi. & ideo in quodam interprete Menandro, qui postea quàm apud nos manumissus erat, missus est ad suos: non est visa necessaria lex quæ lata est de illo, vt maneret ciuis Romanus. Nam siue animus ei fuisset remanendi apud suos, desineret esse ciuis: siue animus fuisset reuertendi, maneret ciuis: & ideo esset lex superuacua.

VI. IDEM libro primo ex variis Lectionibus.

**M**ulier in opus salinarum ob maleficium data, & deinde à latrunculis exteræ gentis capta, & iure commercij vendita, ac redempta, in causam suã recidit: Cocceio autem Firmo Ceterurioni pretium ex fisco reddendum est.

VII. PROCVLVS libro octauo Epistularum.

**N**on dubito quin fœderati & liberi, nobis externi sint: nec inter nos atque eos postliminium esse. Etenim quid inter nos atque eos postliminio opus est, cum & illi apud nos & libertatem suam & dominium rerũ suarũ æquẽ atque apud se retineant, & eadem nobis apud eos contingant?

stodiendas, vel inter se tantum, vel eos & alios, vt vtrinq̃, vel ab altera parte tantum habita consideratione. R.

**c** Fœdere. id est fœderis pacto. A. C. O.

**u** Comiter. aliàs comiter: aliàs communiter.

**x** Clientes. id est rusticos quibus in causã patrocinator: vt C. de iudi. l. rem non nouam. Vel dic, id est seruiens: vt. s. de vsu & ha. l. sed & clientes.

Liber autem populus est is qui nullius alterius populi potestati est subiectus, siue is fœderatus est: item siue æquo fœdere in amicitiam venit, siue fœdere comprehensum est, vt is populus alterius populi maiestatem commiter conferuaret, hoc enim ad iicitur, vt intellegatur alterum populum superiorem esse; non vt intellegatur alterum non esse liberum. Et quẽmadmodũ clientes nostros intellegimus liberos esse; etiam si neque auctoritate, neque dignitate, neque (viri boni) nobis præsunt: sic [ & ] eos qui maiestatem nostram comiter conseruare debent, liberos esse intellegendum est. At siunt apud nos rei ex ciuitatibus fœderatis, & in eos damnatos animaduertimus.

VIII. PAVLVVS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

**N**on vt à patre filius, ita vxor à marito iure postliminij recuperari potest: sed tũcum & voluerit mulier, & adhuc alij post constitutum tempus nupta non est. Quod si voluerit nulla causa probabili interueniente, pœnis diffidij tenebitur.

XX. VLPPIANVS libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.

**A** pud hostes susceptus filius si postliminio redierit, filij iura habet. habere enim eum postliminiũ, nulla dubitatio est post rescriptum imperatoris Antonini & diui patris eius ad Ouinium Tertullum præsidentem prouinciæ Mysiæ inferioris.

X. PAPINIANVS libro vicensimo nono Questionum.

scus Accursius.

**f** Nulla dubitatio. facit. s. ad Tertul. l. j. §. sed & vulgo. versic. sed & si apud hostes. & C. eo. l. j. & s. ex qui. cau. ma. l. ab hostibus. §. j. & s. de suis & leg. her. l. pe. §. pe. & s. de iniust. testa. l. si quis filio. §. siue autem. & dices. j. eo. l. diuus. Accur.

**P**ater. ] CASVS. Pater filium suum impuberem instituit heredem. & substituit ei Titium, si cõtingeret eum mori in pupillari ætate. nunc pater captus ab hostibus ibidẽ decessit in pupillari ætate. Dicitur quod substitutus habet bona perinde ac si testator prima hora captiuitatis decessisset. Secundo dicit: pater filio instituto vel exheredato reliquit substitutum, si cõtingeret filium mori in pupillari ætate. nũc filius mortuo patre captus ab hostibus ibidem decessit. Dicitur quod substitutus habet bona de æquitate, & vtilis actiones in hereditatem dabũtur substituto: licet de rigore videretur secus: quia hic puer decessit in tali statu quo testari non poterat: & sic substitutio sibi facta quasi testamentum suum non videbatur valere: sed secus est, vt dixi. Tertio dicit: Pone quod filius decessit in ciuitate ante captiuitatem. patris

a] De hoc Regulo videtur apud Cicero. l. offi. 3 & de Menandro apud eundẽ in oratione pro Cornelio Balbo.

Cicero pro Balbo.

\* Liberi erant suis omnino legibus relicti: quales Aetoli apud Liuium. populitãmẽ Romanam maiestatem comiter conseruare tenebantur. Alcia lib. 1. pater. c. 14.

† Cice. pro Corn. Balbo. Adieci illud etiam est, quod nõ est in omnibus fœderibus, Maiestatem Po. Rom. comiter conseruent. id habet hanc vi &c.

\* id est prouinciales, vel Italicos populos, qui se i clientelã dabant proceribus Ro. Bu. hic neque viribus nobis pares sunt, sic etiã eos & c. Deterior est Florẽ. Aliàs neque iure omni nobis pa.

**N**on vt à patre. ] CASVS. Pater ab hostibus captus si reuertatur, recuperat filium in potestate iure postliminij. velit nolit filius. Sed secus in viro, qui captus ab hostibus & reuersus non recuperat vxorẽ: nisi ipsa velit: cum non esset alij nupta. & cum ipsa non vult eum non iusta ex causa, punitur pœnis statutis contra eas quæ sine causa repudiant virum: quæ sunt C. de repu. l. fi. Francisc. Accursius.

**z** Non vt à patre. scilicet reuerso: Accur.

**a** Filius. vt institui. qui. mo. ius pa. po. solui. §. si ab hostibus.

**b** A marito. reuerso.

**c** Potest. vt. j. eo. l. cum duã. in fi. Sed arg. contra. s. de rit. nup. l. in eo iure. §. fin. sed ibi in patrone.

**d** Constitutum tempus. scilicet trienij: vt in athen. de nup. §. sed etiã capitur. col. iij.

**e** Pœnis diffidij. quæ sunt C. de repu. l. fi. Ac.

**A** pud hostes. ] CASVS.

Filius susceptus apud hostes, & reuersus, recuperat iure postliminij iura filiationis: vt succedere possit patri, & agnatis suis. Francisc.



patris. amodo substitutus eius nihil potest habere, siue pater reuertatur ab hostibus, siue non. & sic filius non erat in potestate patris tempore mortis patris: quod est necesse ut pupillaris substitutio teneat. Sed si ambo sint capti ab hostibus, & pater primo decedat, & filius reuersus postea decedat, substitutus admittitur ad bona. & hoc dicit hæc lex & sequens. Franc. Accur.

**a** *Legitimum*. id est agnatum, & non substitutum.

**b** *Neque tabulas*. in quibus facta fuit substitutio pupillaris. Accur.

**c** *Refragatur*. id est contradicit. Accursius.

**d** *Captus est*. ut supra de vsucap. l. pe. §. fin.

**e** *Tenet*. infra. l. proximi. contra. in princip. Sol. ut ibi. Sed conor. supra de vulg. substit. l. lex Cornelia. in princ.

**f** *Si mortuo*. in ciuitate. secus si eo uiuo impubes capitur: ut supra de vulg. substit. l. lex Cornelia. §. si vero uiuo. & §. quare & si. Accursius.

**g** *Institutus*. cui pupillariter alius est substitutus: quæ substitutio appellatur secundæ tab.

**h** *Vel exheredatus*. cui etiam potest substitui pupillariter: ut instit. de pupil. substit. §. non solum.

**i** *Testamenti factionem*. quam hic impubes non habuit in actiua significatione: sed in passiuâ sic: ut instit. de here. quali. & dif. §. testamenti. qui est contra. Item nec ob. infra eo. l. bona. in prin. ibi, siue testamenti factionem, &c. quia confirmat legitimam, non testamentariam: ut hic statim subiicit. vel de æquitate, ut hic statim dicit. Et ex prædictis distingue sic: an pater capiatur filio in ciuitate mortuo, an e contra filius capiatur patre in ciuitate defuncto, an uterque capiatur, ibique ambo decedant. In primo casu ubi pater capitur: aut primo pater captus moritur, & postea filius non captus: & sic confirmantur primæ & secundæ tabu. ut supra hac lege in princ. & supra de vulg. substit. l. lex Corn. j. respon. aut e contra, primo moritur filius non captus, & tunc nihil est tractandum de secundæ tabu. ut infra. l. proximi. in princip. In secundo vero casu ubi filius capitur, pater non: aut capitur patre uiuo: & non est locus. l. Corne. seu secundæ tabu. etiam si ante patrem decedat: sed legitimi succedunt patri: ut supra de vulg. substit. l. lex Cor. §. si vero. & §. quare. aut capitur mortuo patre: & tunc secundæ tabu. irritantur capi. de. ut supra de iniust. testa. l. si quis filio. §. irritum. In hoc itaque casu lex Corne. nihil locuta est: nec confirmantur secundæ tabu. ut hic, sed ex æquitate prætor indulget secundæ tabu. ut hic in fin. & supra de iniust. testa. posthumus. & l. filio. & instit. qui. mo. test. infra. §. non tamen. Sed videtur quod etiam per. l. Cor. deferatur substituto: ut supra de vulg. substit. l. lex Cor. §. sed si pater. Solu. deferretur ea lege, id est iure prætor. quod eam legem imitatur. vel ea lege inducta per prætorum ad tabu. pupillares: sicut lex Falci. per edictum prætoris inducitur: ut supra ad leg. Fal. l. j. §. ad eos. vel ea. l. non ex verbis, sed per interpretationem iuriscon. Alij dicunt ad substitutos hic & ibi, scilicet in hereditate, id est ad legitimos. Et quod ibi dicit, ea lege subaud. scilicet non impediente: quod non placet. In tertio ubi uterque capitur, aut simul vel incontinenti: & neutra tab. confirmantur: ut supra de vulg. substit. l. si pater captus. nimirum cum patris hereditas adita non fuerit. si vero post patris captiorem filius ex interuallo capitur, utraque tabu. confirmantur: ut infra. l. proximi. secundum Ro. vel secundum Azo. & B. non refert incontinenti, vel ex interuallo: quia nunquam confirmantur nisi filius redeat: ut infra. l. proximi. & d. l. si pater captus.

**k** *Factionem*. actiue. Accursius.

**l** *subsequi*. de æquitate. & sic intellige. j. eod. l. bona. & supr. de vulg. substit. l. lex Corne. §. sed & si pater. Et not. quod ubi lex non distinguit, nos tamen sic: ut. j. de testi. l. quæ situm. Accur.

**m** *Q*uod. pro sed. Accursius.

**n** *Filius*. non captus. Accursius.

**o** *Moriatur*. quàm pater ab hostibus captus: & sic non est contra. l. proximi. in fin. j. respon. & est ratio: quia hic pendet fictio adhuc: ut statim dicam.

Planè captiui etiam impuberis legitimam hereditatem per legem Corneliã deferri: quoniam **†** verum est ne impuberem quidem factionem **k** testamenti habuisse: & ideo non esse alienum, prætorum subsequi **l** non minus patris quàm legis voluntatem, & utiles actiones in hereditatem substituto dare.

XI. IDEM libro trigensimo primo  
Questionum.

**Q**uod **m** si filius **n** ante moriatur **o** in ciuitate, nihil est quod de secundis tabulis tractari possit: **p** siue quoniam uiuo patre filius familias mori **q** intellegitur: siue quoniam non reuerso eo **r** exinde **s** sui iuris **t** videtur **u** fuisse, ex quo pater hostium potitus **†** est. **v** Sed si ambo apud hostes, & prior pater decedat: sufficiat lex Cornelia substituto **x** non aliàs, quàm si apud hostes patre defuncto, postea filius in ciuitate decessisset. **y**

dum: ut hac. l. dicitur. quare dic quod hic debet esse non: scilicet, non videtur fuisse, &c. secundum B. & sic non habet locum fictio. l. Corne. hic: quia cum pater moritur naturaliter, iam filius erat mortuus, & sic non potest fingi super eo qui erat mortuus, quod videatur fuisse vel non fuisse sui iuris tempore captiuitatis patris, sed tunc tantum si uiueret filius: ut fuit in superiori. l. in princ. quæ est contra. hic ergo tempore mortis filij pendebat fictio: ibi iam habebat suum effectum. Si vero non habeas, non, tunc dic primam rationem postiuam: & hanc secundam remotiuam, hoc modo: si pater redit, non habent locum secundæ tab. quoniam filius, &c. si vero non redit, non habent locum primæ tab. ea ratione attenda, quoniam, &c. quia non est vera hoc casu præmortuo filio quo ad secundas tab. Et secundum hoc est arg. contra. supra de suis & legi. l. si pater. in princ. Sol. ibi quo ad hoc ut ab intestato habeat heredem. Accursius.

**c** *Videtur fuisse*. in lib. B. est non: sed in lib. R. deest.

**u** *Potitus est*. aliàs potestati hostium subditus est: aliàs hostium potitus est: ut. j. eo. l. in bello. §. codicillis. in fin.

**x** *substituto*. reuerso in ciuitatem filio. Ioan. ut statim subiicit. & sic non est contra supra de vulg. substit. l. si pater captus.

**y** *Decessisset*. & sic secundæ tabulæ tenent, & vere etiam sine auxilio. l. Corne. Sed quid si ambo ibi moriantur? Respon. ut not. supra. l. proximi. Accursius.

**D** *N bello.* CASVS. Captus in bello, si recuperetur in bello, habet postliminiũ. Idem si recuperetur per pacem, nisi esset hoc casu factum pactum in contrarium, scilicet quod non haberet postliminium. nam hoc pactum valeret. & redditur ratio in litera. Item si tempore pacis quis iuit ad ciuitatem quondam inimicam, & subito nata est discordia inter eos, & sic est ibi captus, efficitur seruus hostium: & si recuperetur per bellum vel per pacem, habet postliminium, nisi pactum esset factum in contrarium. [S I Q U I S.] Capto patrefamilias ab hostibus, filij interim sunt dubij status. nam patre ibidem mortuo, filij præsumuntur semper sui iuris fuisse: & id quod interim quilibet filiorum acquisiuit, proprium eius dicitur. Si autem pater reuertatur, semper filij eius dicuntur fuisse in eius potestate. serui autem istius patris capti, id est defuncti, quod interim domino eorum capto adquisierunt, ad filios defuncti domini communiter vadit. & quare secus in acquisitis per seruos, quàm in acquisitis per filios, redditur ratio in litera. [F A C T A E.] Vsucapiebam aliquam rem: interim captus sum ab hostibus. dicitur quod vsucapio interrumpitur. Si autem seruus meus qui emit pe culiari nomine, vsucapiebat ali-

**p** *Posit*. quantum ad leg. Cor. & sic substitutus nihil habet. Accur.

**q** *Mori intelligitur*. patre reuerso: & sic nullæ sunt secundæ tabu. ut supra de vulg. sub. l. si pater filium. in fin. nam nec primæ: ut. C. de cadu. tollen. §. pro secundo.

**r** *Eo*. scilicet patre.

**s** *Exinde*. & sic non esset in potestate patris, tempore mortis patris. quod est necesse ut teneat pupillaris substitutio: ut instit. de pup. substit. in princ. sed certe tunc qua ratione fingitur filius fuisse sui iuris: extunc eadem ratione & hic pater præmortuus: & sic erat in potestate: & ita videtur valere substitutio: quod est falsum: quia si valeret, per fictionem legis Corneliæ oporteret quod valeret: & sic tractarem de secundæ tabu. quo ad. l. Cornel. quod non est facien-

**†** *Quidam* legunt quàm quam verum est, & c. in quibusdam manuscrip. quod verum est nec impub. quidè, & c.

**\*** *Sic in ar.* chet. perpe. ram Halo. and. post Bulgarum & Accursiũ addebat negationem. Aug. lib. 4. c. 10.

**†** *Hostium* potitus i. captus ab hostibus. vide Anto. Augu. lib. 4. c. p. 10. & Alciac. lib. 1. par. 1. c. 33.

quam rem tempore quo sui captus, vel post cepit vsu capere, non nocet mea captio, quin in vsucapione procedatur, licet Marcellus dixerit secus: sed male dixit. [M E D I O T E M P O R E.] Filius capti, uxorem potest ducere: nec pater captus potest consentire, vel dissentire: & puer natus ex hoc matrimonio erit nepos capto reuerso; & suus heres erit. Vltimo dicit: capto viro soluitur matrimonio, etiam si vxor quondam velit remanere vxor. [C O D I C I L L I.] Feci testamētum, in quo confirmaui codicillos quos postea faciam: postea captus fui: & in captiuitate existēs feci codicillos. nunc reuersus sum ab hostibus, & decessi. dicitur quod codicilli valent, inspecto quod fuerant confirmati in testamēto. & hoc de æquitate, perinde ac si nunquam fuisset captus: cū etiā quo ad bona mea perinde habear reuersus ab hostibus, ac si nunquam fuisset captus. [S I Q V I S.] Seruum Titij captum ab hostibus ab eis emi, sciens eum alienum. Dicitur quod meus sit, si tamen Titius det mihi pretiū quod pro eo dedi, postliminio dicitur rediisse, aut receptus virtute militari: & sic Titio redditur, si autem ignorans eum captū, credens vendētis, emi eum bona fide, & triennio tenui eum, præscripsi iuri auferendi: vt sic Titius offerens mihi pretium, & petens hunc seruum reddi, non audiatur. sed si manumitto eum, & sic meus esse desinit: an Titio reddatur: an vero sit liber quo ad omnes? & certe si esset manumissus ab hostibus, & postea reuersus esset intra præsidia nostra: Titius iure domini recuperat eum. Nec distinguitur quo animo redeat: siue animo standi, siue non. licet secus in libero homine capto ab hostibus: qui si reuertatur ab hostibus animo non reuertēdi ad hostes, dicatur postliminio reuersus: aliās non. sed hoc non multum facit ad nostram quæstionem. hostium enim manumissio non debet præiudicare domino serui. sed in nostra quæstione ego manumittens, dominus eram serui, sic ergo dico quod si Titius non oubrulit mihi pretiū serui, potui eum manumittere: & fit plene liber quo ad omnes. nam & iure veteri si emi bona fide seruū à te, quem tu sciens alienum redemisti ab hostibus, & eum vsucepi: possum amodo eum manumittere: & per hoc prior dominus ius dominij perdit, si autem sciuissem alienū ante vsucap. nō possum eum manumittere. [S I S T A T V L I B E R.] Seruus cui relicta est libertas sub conditione, interim captus est ab hostibus: & redemptus est ab aliquo. Dicitur quod in sua causa. i. in statuta libertate reuertitur, vt veniente conditione sit liber. Sed quid si erat ei relicta libertas si. x. daret, & captus est ab hostibus, & ab aliquo redemptus: isti dabit hæc. x. vt sic sit liber? Et dicitur q̄ de eo quod adquisiuit ex opera sua, vel ex rebus redimentis, redimenti quæritur: & de eo dando non fit liber: quod ante aliunde adquisiuit, suum est: & de hoc dando. x. fit liber. [S I P I G N O R I.] Obligauit seruum Stichū Titio: deinde seruus est ab hostibus captus: & à Sēpronio redemptus. Dicitur q̄ ex quo suus factus erit Sēpronio, Titio restituitur actio in seruum. & si hic Titius soluisset de suo redemptori, habebit seruum obligatū pro vtroq; debito. Et adducit simile de posteriori creditore, qui priori satisfecit. nam habet pignus obligatum pro vtroq; debito: in facto tantū est dissimilitudo: quia in primo casu qui redemit seruum ab hostibus, vltimus est tempore, tamen prior iure. sed in casu simili qui prior est tempore, prior erat iure. [S I S E R V V S.] Seruus plurium captus est ab hostibus, & redemptus est. dicitur quod si soluat redemptori nomine omnium dominorum: reuertitur hic seruus sub dominio omnium dominorum. si autem nomine quorundam ex dominis soluat redemptori: illis tantum restituit pro partibus eorum: pro partibus aliorum remanet penes redemptorem. [S I F I D E I C O M M I S S A R I A.] Per fideicommissum relicta est libertas Sticho. hic Stichus postea fuit ab hostibus captus, & redemptus est. dicitur

XII. TRYPHONINVS libro quarto Disputationum.

**I**n bello. postliminium est: in pace autem his qui bello capti erant, de quibus nihil in pactis erat comprehensum. **c** Quod ideo placuisse Seruius scribit, quia spem reuertendi ciuibus in virtute bellica magis quam in pace Romani esse voluerunt. verum in pace qui peruenerunt ad alteros, si bellum subito exarsisset, eorum serui efficiuntur, & apud quos iam hostes suo facto deprehenduntur. quibus ius postliminij est tam in bello, quam in pace: nisi foedere cautum fuerat ne esset his ius postliminij.

**Qui moritur apud hostes, fingitur mortuus prima hora captiuitatis.**

Si quis capiatur ab hostibus, hi

quod non potest petere libertatem priusquam satisfaciatur redemptori. [S I D E P O R T A T V M.] Liber homo deportatus in insulam, captus ab hostibus, tandem redemptus est. dicitur quod deportandus est: & sic in priorem statum reuertitur: intelligas tamen quod pretium à fisco dabitur redimenti. Secundo dicit:

quos in potestate habuit, in incerto sunt utrum sui iuris facti, an adhuc pro filiis familiarum computentur. nam defuncto illo apud hostes, ex quo captus est, patrefamiliarum reuerso, nunquam non in potestate eius fuisse credentur. Ideo & de his quæ medio tempore acquirunt stipulatione, traditione, legato (nam hereditate non possunt) tractatum est, vbi non est reuersus, si forte alij vel in totum, his ex hereditatis testamento, vel in partem instituti sunt heredes: vtrum in hereditate captiui, quæ lege Cornelia inducitur, an propria ipsorum sint. quod verius est. Diuersumque in his quæ per seruos acquiruntur: merito: quia hi bonorum fuerunt, & esse perseuerant: hi sui iuris exinde, sibi que ideo adquisisse

seruus qui non poterat manumitti vique ad tempus (de quo dantur exempla in litera) captus est ab hostibus: deinde redemptus est: dicitur quod non mutatur eius conditio: & sic non poterit manumitti, perinde ac si nunquam esset captus. Itē damnatus in metallū, deinde captus ab hostibus, & redemptus, in pristina pœnam reuertitur: nec vt transfuga punitur. redimēs tamen pretium à fisco recipit. [S I N A T V M.] Titius legauit mihi partum natiuiturū ex Pamphila. tandem Pamphila capta est ab hostibus. & eam redemi: & peperit penes me existens. dicitur quod non videor ex causa iuratiua partum habere: & ideo æstimationem partus petere pos-

sum ab herede Titij, perinde ac si Pamphilam & partum emissem per se. Sed quid si partus natus est apud hostes, & redemi vtrumque? Dicitur quod æstimationem partus petam ab herede Titij quantum ex pretio totali partum contingit. Idem multo magis si alius redemit ancillam, alius partū eius. sed si vnus emit vtrumque separatim, id dandum est redemptori, quod pro vtroque dederit. Franc. Accursius.

**a** In bello. id est propter bellum. vel his qui recuperantur in bello. Accursius.

**b** De quibus. scilicet captis. Accursius.

**c** Comprehensum. contrarium, vt statim sequitur. si ergo tempore pacis sit pactum quod capti in bello non habeant postliminium, valet pactum.

**d** Quod ideo. in bello recuperatis semper, in pace recuperatis nō, cum est pactum in contrarium. quod ideo, &c. ergo si est pactum quod recuperati in bello non habeant postliminium: non valet pactum, per hanc. l.

**e** Exarsisset. id est inceptum esset. Accursius.

**f** Efficiuntur. nisi causa legationis ibi erant: vt. j. de le. l. fin. suo facto. aliās facto, quia scilicet iuerunt.

**g** In bello. id est si recuperantur in bello. Accursius.

**h** Cautum. quod pactum valet etiā si in bello recuperetur: quia non fuit in bello captus. Accursius.

**k** In incerto. Hoc dic vt instit. qui. mo. ius pa. po. solu. §. si ab hostibus. & facit supra ad Maecid. l. j. §. si pendeat. Accursius.

**l** Captus est. scilicet præsumuntur sui iuris.

**m** Patrefamilias. scilicet fuisse credentur, quod est infra & facit supra de suis & le. l. si pater.

**n** Nunquam non. sed semper.

**o** Nam hereditate. interpositio est vsque illic, tractatum est, &c. vbi ad omnia se refert dicens, tractatum est, &c. sed alij habent hic, nam hereditatem non possunt. quæ est falsa litera. Accur.

**p** His. scilicet filiis.

**q** Vel in partem. subaudi, si in partem, &c.

**r** Captiui. scilicet sit quæsitum: & sic diuidat cum heredibus.

**s** Inducitur. quia nisi per fictionem esset nulla: vt infra de verb. signific. l. ij. in fin.

**t** Verius est. quod sint eorum propria: vt supra de stipu. ser. l. si seruus. iij. §. seruus. & infra eod. bona. §. quod filius. & §. ij. & de vsuc. l. iusto. §. fin. & supra eo. l. j.

**u** Acquiruntur. nam totum cedit heredibus.

**x** Quia hi. scilicet serui. Accursius.

**y** His. scilicet filij. Accursius.

**z** Adquisisse. aliās non adquisisse: & tunc dic scilicet capto. aliās sine non: & tunc dic ipsi, scilicet filiis.